

18

1743, 3a

3

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

DOLO PRO FACTO
PUNITO,

OCCASIONE

L. 7. D. ad Leg. Cornel. de Sicar. et Venefic.

QUAM

PRAESIDE

D. ANDREA ELIA ROSSMANNO,

SERENISSIMI MARCHIONIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO
AULICO, PROFESSORE JURIS ET PHILOSOPHIAE ORDINARIO
AUCTORITATE ET DECRETO AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
IN INCLITA UNIVERSITATE FRIDERICIANA ERLANGENSI
CONSUETIS EXAMINIBUS EXANTLATIS

PRO LICENTIA

SUPREMOS IN IUTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDI

Publice et solenni Eruditorum disquisitioni submittit

A U C T O R R E S P O N D E N S

CAROLUS BENEDICTUS MÜLLER,
NORIMBERGENSIS.

D. II. NOVEMBER. ANNO MDCCXLII.

ERLANGAE , Litteris Joannis Friderici Beckeri, Vaiversit. Typogr.





Q. D. B. V.

PRAEFAMEN.

L. B. S.


THEMATIS hujus scribendi ansam dedit in Jurisprudentiam elegantiores meritissimus, quondam Amplissimus Vir CORNELIUS VAN BYNCKERSHOEK, *q[ui]ctus Summus*, qui in *L. III. Obj. C. X.* tanquam singulare quid *in Lege Cornelia de Sicariis, et Veneficiis* obseruat, quod in ea, ast non in quibuscunq; criminibus, sed in admodum paucis delictis, *dolus pro facto accipiatur*; addito singulari altero, *hac in Lege, Cornelia scilicet*, ad excludendas alias Leges, *culpam latam pro dolo non accipi*; idcirco monente eo *L. III. Obj. C. XVIII.* perperam apud Juris Interpretes arg. *L. 7. D. ad Leg. Cornel. de Sicar. et Venef.* inualuisse, Jure Civili non nisi ob dolum, capitalem poenam irrogari. Sed quia Vir Celeberrimus id in transitu ait, et hujus rei, ut
ipsius

ipsius proferam verba, opus esset justa disputatione, ideo
 ego, quantum mearum ingenii virium erit, et quantum hae
 pagellae permittunt, absque gloriae cupidine, et absque te-
 meritatis incusatione, hoc tentare volui, ut alter atque al-
 ter Commilitonum, cui lubet, et cui studium Juris curae
 cordique est, his rudi Minerva positis fundamentis, forte
 accuratius hac de re aliquando agere possit. Interim
 Lector Benevole vale, et conatibus meis fave.

. 8 . I .

THIMATIS prius quodlibet
 hominis negotiorum, aut scilicet in iuris*ad rem publicam*
 et*privatum*. Non enim ei scilicet in*ad rem publicam*, et*privatum* iuri
 eiusdem*ad rem publicam* iuris*ad rem privatum*, sed*ad rem privatum*
 eius*ad rem publicam* iuris*ad rem publicam*. **E**cce enim*ad rem privatum*
 eius*ad rem publicam* iuris*ad rem publicam*, **I**n*ad rem publicam*
 eius*ad rem publicam* iuris*ad rem privatum*, **C**onsicuente*ad rem publicam*
 eius*ad rem publicam* iuris*ad rem privatum*, **A**utem*ad rem publicam*
 eius*ad rem privatum*, **C**ontra*ad rem publicam*
 eius*ad rem privatum*, **C**ontra*ad rem publicam*

CAPUT I.



CAPUT I.

*Præliminaria ad illustrationem Legis propositæ
appime facientia.*

§ I.

QUANTA ex accurat acuparum cognitione, earumque ad negotia humana omni die obvia sedula applicatione, in Jurisprudentiam redundant utilitas, nemo est, si Themidi tantum primitias obtulerit, qui in dubium id vocare audeat. Idque ipsum, nec nobis monentibus, tot tantæque JCtorum curæ atque sollicitudines, circa hanc materiam in Digestis obviæ, satis superque ostendunt. Adesto exempli unicui instar nobis ULPIANUS L. 5. §. 2. D. Commodati &c. qui contractus illustratus eleganter monet, probe et dolum et culpam et diligentiam et periculum ab invicem seperandum esse, et quid multis, gradus hi culparum adeo observati sunt a Juris nostri compilatoribus, ut re esse existimarent, hanc ULPIANI exquisitam doctrinam pro regula et norma sibi sumere, L. 1. D. de R. 1. et ut perpetuo Jure valeret, locum L. 23. D. cod. tit. ipsi inter regulas juris antiqui tradidere.

A

§. II.

2) 0 (

§. II.

HOS juris nostri modo laudatos compilatores posteriori tempore fecutos quoque vides recentiores Explanatores et Commentatores jurium, qui unanimi consensu doctrinam de culpis in sua inscripsierunt Paratitla, Synopses, et cætera ejus generis juris compendia, adeo, ut nunc omnes uno quasi ore clamitent, culpam esse triplicis generis, aliam latam, L. 213. §. 2. L. 223 Pr. D. de V. S. quæ et dolo proxima, seu quæ in causis pecuniariis pro dolo reputanda est, L. 226. D. eod. junct. L. 1. §. 1. D. Simens. fals. mod. dixerit. L. 29. Pr. D. Mandati &c. aliam levem, L. 14. D. de pign. act. aliam vero levissimam, L. 44. D. ad Leg. Aquil. a qua tamen omnino excludendus est casus. L. 6. C. de pign. act. Ne vero vocum diversitate confundaris, attendas quæfö, his culparum denominationibus convenire quoque ea vocabula; a Juris Interpretibus passim tradita, cum culparum gradus, per voculas negligentiae dissolutæ, dict. L. 29. Pr. D. Mandati &c. diligentiae exactæ; et diligentiae exactissimæ exprimunt. L. 1. §. 4 D. de Obligat. et Action. L. 2. §. 1. L. 3. D. de peric. et commod. rei vendit.

§. III.

HÆC sint, quæ circa præcognita Legi elaboranda sufficient, nostrum erit ad Legem ipsam paulo proprius accedere, ubi se primo intuitu offert inscriptio Legis: Ea vero desumpta est ex PAULI Libro Singulari de publicis iudiciis. PAULUS quisnam fuerit, et quo tempore vixerit, omnibus, quibus antiquitates, earumque ad nos propagatores, arrident, notum est; attamen Virorum eruditorum pace, et ne penitus antiquitatis ignoretur, ut ait Imperator in §. 1. J. de testament. ordinand. in gratiam eorum, quibus prima Legum cunabula §. 3. Prooem. Inst. addiscenda sunt, brevibus de Jcto PAULO differemus. JU-LIUS PAULUS, Patavinus origine, Jctus eximus, una cum Vlpiano, Papinianni Assessor, Praefecturam gessit, tam multos in

Jure

II. 2

A

Jure conficiens Codices, ut nemo JCTorum et multitudine et præstantia materialium ipsi palnam præiperet: Scriptis enim, ut ad ipsius vitam acceleremus, quosdam Libros sub Antonino Caracalla, quosdam post mortem hujus Imperatoris, rursus alios sub Heliogabalo divulgavit, alii denique sub Alexandro collecti sunt. Plura de hoc PAULO JCTo, ejusque vita et scriptis, secundum ordinem recensitis, legere qui desiderat, præter alios, qui de Vitis JCTorum egerunt, aeat JOHANNEM BERTRANDUM, *Rer. Noviss.*, sive, de Jurisperitis Lib. I. et GUILIELMUM GROTIUM *Vit. JCTor. Lib. II.* Cap. X.

§. IV.

SCRIPSIT itaque hic PAULUS inter alia *Librum singularem de Publicis Judiciis*. Quid vero venerit tunc temporis sub hoc nomine publicorum judiciorum, ipse noster PAULUS in L. 2. D. de public. judic. auctor est, dicendo: Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus poena, mors, aut exilium est, hoc est aquæ et ignis interdictio: per has enim poenas eximitur caput de civitate, nam cætera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur, tunc enim civitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, poena est.

§. V.

AD hæc dum commentabatur *judicia publica* PAULUS, opus erat ipsi singulari seu peculiari opere rem perficiendi, quo de opere quotnam nobis superfint Leges in nostro Juris Corpo, omnino constare debet, ut interpretationem Legum ex Legibus ejusque Auctoris mente sumamus, et aquam ex ipso fonte derivemus.

§. VI.
SUNT vero harum Legum fragmenta, quæ se in nostro
A 2 Juris

Juris Corpore sistunt, quatuor. Primum fragmentum est L. 8.
D. de public. judic. Secundum L. 6. D. de Praevaricat. Tertium
L. 9. D. ad Leg. Jul. peculat. Et quartum est nostra ob oculos
posita L. 7. D. ad Leg. Cornel. de sciar.

§. VII.

DE mente *Antoris*, ejusque intellectu L. 7. D. ad Leg. Cornel.
de sciar. ut eo certius constet, quia in Lege hac tam generalia
quam specialia ab JCTo tractantur, ideo cum ipso recurren-
dum est ad alia juris capita, de quibus in hoc libro singulari
pluribus egit, et quidem in L. 8. D. de public. judic. PALLUS
circa *judicia publica* sequentia exordii loco præmittit: Ordo
exercendorum publicorum capitalium in usu esse desit, du-
rante poena legum, cum extra ordinem crimina probantur.
Verba hæc in se spectata satis clara atque perspicua sunt, id
circo nostrum non est, diu iisdem immorari, cum ea, quæ
antiquo de ordine judiciorum hic legumrur, præter GOTHO-
FREDUM in not. ad hanc Legem n. 37. HEINEC. Antiq. Rom. ad
tit. *Inst. de Judic. public.* a. §. XI. — §. XLIV. mirum in mo-
dum delineavit, non immemores, rituum et ceremoniarum
scrupulosas observantas, tunc temporis omnem absolvisse pa-
ginam, quodque effecit, ut de introducendo breviori modo
judiciorum publicarum exercendi, Romani solliciti esse, et de cri-
minibus extra ordinem cognoscere cooperint, L. 1. §. 3. D. de
Poenis. Hoc tamen servato, moderamine, ut Leges cuilibet
poenarum generi præscriptæ, inconcussæ servarentur, L. 8. D.
de public. judic.

§. VIII.

GENERALIBUS hisce præmissis, JCTus ad specialia progredi-
tur, in L. 6. D. de prævaricat. de prævaricatore loquitur, qui extra
ordinem non solum puniri, verum etiam eadem poena affici
debet, qua reus per prævaricationem absolutus, coercendus
erit. Nam ejusmodi prævaricatori qui ab accusatione circa
aboli-

abolitionem desistit, et SCto Turpillano punitur, L. 1. pr. §. 1.
 §. 6. et 7. D. ad SCt. Turpill. &c. et poena quinque librarum aut
 ri mulctatur, L. 3. §. 3. D. de prævaricat. addita insuper infamiae
 nota, et animadversione extraordinaria. L. 6. §. 3. D. de decurio-
 nib. L. 3. C. de his, qui accusar. non possi. L. 2. C. ad SCt. Turpillian.

IN L. 9. D. ad Leg. jul. peculat. PAULUS quamplurimas
 tractat species criminum, quæ judiciis publicis vindicantur.
 Primum de sacrilegio in genere agit, eosque capite puniendos
 esse præ tradit, ceu uti loquitur hic idem Auctur, in Sentent. Re-
 cent. Lib. V. Tit. XIX. §. 7. qui noctu manu facta prædandi, ac
 depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis objiciuntur.
 Si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel de-
 portantur honestiores, vel humiliores in metallum damnan-
 tur. Quibuscum quoque eleganter conspirat VLPIANUS
 in L. 8. pr. D. Tit. cit. ad Leg. jul. peculat, cuius verba hic transcri-
 bere, labori supersedemus.

§ X.

CONSIDERATA poena in sacrilegos constituta, dein pergit
 Ictus in §. 1. allegata Legis o. D. ad Leg. jul. peculat, ad definitionem
 sacri legorum, & quomodo distinguantur a furibus, monstrat,
 quid sacrum, quodve crimen in sacrilegium incurrat, sedulo in-
 culcat, quia vero hæc a quibusvis Comentatoribus Juriuni ex-
 plicantur, ideo studio omittimus, & qua de re porro in sequen-
 tibus agat, videbimus. Tractat autem in §. 2. de peculatu,
 & quibus modis quis in istud crimen incidat, ostendit, quod-
 que præterea in §. 3. pluribus persequitur, simulque speciem
 §. 4. proponens, qua quis hoc crimine se exculpari possit. Ubi
 insuper in §. 5. causum habet, ad quem Lex de peculatu pro-
 tracta est. Unde in §. 6. in summa concidit, in quibus pe-
 culatus crimen locum sibi vindicare possit. Tandem in §. 7.

A 3

di:

distinctione valde apposita declarat, quinam de residui criminis teneantur, quinam vero ab isto liberentur.

§. XI.

HIC tamen brevibus admonendi sumus, qua poena coerciti fuerunt ejusmodi criminum perpetratores, qui in Legem peculatus inciderunt, ea de re ita differit *Auctor Recept. Sentent. Lib. V. Tit. XXVII. §. I.* Si quis fiscalem pecuniam atrectaverit, subripuerit, mutuaverit, seu in suos usus converterit, in quadruplum ejus pecunie, quam sustulit, condemnatur. Ubi B. SCHULTING. in not. ad istum locum bene monet: Videtur hic PAULUS non gravissimam, sed levissimam illius Legis poenam tradidisse, et quæ obtinuit in honestiores: nam VLPIANUS expressis verbis in L. 3. D. ad Leg. Jul. pecul. mentionem injicit aquæ et ignis interdictionis, et, quæ in ejus locum succedit, deportationis, in quam poenam quoque MARCIANUS in L. 10. D. eod. consentit, imo Imperatores in L. unic. C. de crim. pecul. ejusdem criminis reos capitali poena plecti jubent. Et tantum de peculatu.

§. XII.

DE residuis adhuc tenendum, residuorum poenam hanc esse, ut reus, ita Lege damnatus, amplius tertia parte, quam debet, puniatur. L. 4. § 5. D. Ad Leg. Jul. pecul.

CAPUT II.

Legis nostræ ob oculos posite enodationem ipsam.

§. I.

HISCE Legibus et iis propositis criminibus perfunctorie in præcedenti capite a nobis perlustratis, quodque ejusmodi crima recensita dolum pro fundamento habent, animo secum voluntans IGTUS PAULUS, tandem in hac nostra explananda

Lege

Lege 7. D. ad Leg. Cornel. de Sicar. circa vocabulum dolii explicandum, occupatus est, et quid vox dolii in Lege Cornelia involvatur, et quomodo a dolo, Lege Aquilia punito, differat, ob oculos ponit, perhibendo: In Lege Cornelia dolus pro facto accipitur, nec in hac Lege culpa lata pro dolo accipitur.

§. II.

UT itaque ab I^oto inchoata dolii explicatio melius intelligi queat, duo subiungit exempla, petulantiae ac imprudentiae notas prae se ferentia VOET. *Comment. ad Pandect. Lib. IX. Tit. II. § 26.* Nam sicut iste, qui alto se praecipitat, ac super alium venerit, eumque occiderit, nullatenus tenetur. *L. Cornelia de Sicariis*, ast Lege Aquilia: § 2. *J. de Leg. Aquil.* ita et hic, qui cum ramum arboris amputat, eumque dejicit, ac, clamore omisso, prætereuntem occidit, quamvis quidem Lege Cornelia haud tenebitur, attamen ejus culposum admissum, actione Legis Aquiliæ, (directa, si scilicet servus occisus fuerit, utili vero a patre qb intererum filium) vindicabitur, quod et ipse PAULUS noster in *Lib. X. ad Sabinum*, seu in *L. 31. D. ad Leg. Aquil.* uberiorius demonstrat, ubi non solum hunc casum in terminis repetit, verum etiam majori adhibita industria, circa locum, casus a se invicem separando, pluribus illustrat, quem etiam Imperator Justinianus in § 1. *J. de Leg. Aquil.* duotoris instar, hac in materia, plenius secutus est.

§. III.

ANIMUS itaque seu intentio vel voluntas, uti in maleficiis, (in specie ita dictis) vid. t. t. C. Theodos. et Justinian, de malefic. et mathematic. ita in *L. Cornelia de sicariis et veneficiis*, quæ Lex ad ista maleficia potissimum refertur, præcipue spectatur, non existus, L. 53. Pr. D. de Furt. L. 14. D. ad *L. Cornel. de Sicar.* L. 1. C. b. t. L. 16. Pr. §. 8. D. de Poenis. L. 33. D. de Injuriis &c. animus vero iste vel ex re, i. e. ex causa, L. 28. §. 1. D. ad Leg. Aquil. vel ex facto, i. e. ex circumstantiis, L. §. 2. D. de dol. mal. et met. except. intel-

Intelligitur. Atque adeo, qui telum jecit, qui vulneravit occidendi animo, qui arma cepit, hominis occidendi causa licet non occiderit, ut homicida hac Legi tenetur. Is vero, cui telum manu fugit, absolvitur. L. 1. S. 3. E. Eod. Tit. de Sic. L. 9. C. dict. Tit. Et hoc est, quod dicit Iesus in hac nostra substrata Legi: Dolus pro facto accipitur. Quod idem exprimit Pompejus apud MARCUM SENECAM Lib. V. Controvers. XXXII. Nec enim eventus imputari debet eiususque rei, sed consilium. Et AUGUSTINUS L. 17. de civ. Dei. c. 4. Merito mali punitur affectus, etiam cui non succedit effectus. Nec non idem Seneca Lib. V. de Beneficiis Cap. XIV. Latro est antequam manus inquinetur, quia ad occidendum jam armatus est; et habet spoliandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur et aperitur opere nequitia, non incipit. Sacilegi dant poenas, quamvis nemo usque ad Deos manus porrigit. Imo ut Auctorem ex Auctore ipso explicemus, audiamus rursus nostrum Ictum PAULUM in Collat. Leg. Mo. de ar. et Rom. Tit. I. § VII. Qui hominem occidit, aliquando absolvitur, et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. Ideoque qui cum veller occidere, casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur: et is, qui casu teli hominem imprudenter ferierit, absolvitur. Conf. Ejusd. Icti Recept. Sentent. Lib. X. Ep. XXIII. § 3.

§ IV.

ATQUE in hoc consilio puniendo ita acriter versati sunt Romani, ut et hinc idem PAULUS Recept. Sentent. Lib. V. Tit. XXIII. § 12. omnium instar exempli esse possit, ubi casum in hac nostra L. 7. D. ad L. Cornel. de Sicar. magis persequitur, inculcando: Si putator ex arbore, cum tamum dejiceret, non proclamaverit, ut vitaretur, atque ita præteriens ejusdem ichu homo perierit, & si in Legem Corneliam, (de scariis scilicet, qua de Legi agit.) quia in ea dolus, non culpa expresse arguitur, directo non incurrit, (neque in Legem Aquiliam peccat, cum non

non servum, sed liberum hominem cæciderit, quippe ea Lege de libero occiso, præter actionem utilem patri de filio necato competentem, nulla datur actio,) in metallum damnatur. Vbi SCHUTING. in notis ad istum locum hanc addit rationem: Auctore PAULO in metallum datur, quia haec culpa doli faciem habet. Conf. omnino Num. XXXV. vers. 16 - 24.

§ V.

QUA de causa cum in metallum damnandus sit iste, qui omisso clamore, capitali fraude adhibita, hominem ramo arboris, in prætereundo necaverit, L. 23. § 2. D. de Aedilit. Edit. non mireris, si similia verba invenies adducta im Landz Recht Speculi Sverici Cap. 228. Edit. Goldast. allegata à THOMASIO in Diff. cui Titulus: Larva Legis Aquilæ detracta actioni de damno dato, recepta in Foris Germanorum. §. XXXIX. Cum virum capite truncari vult, qui arborem prope viam cædit, de cuius lapsu homo necatur. In verbis: Und ist, daß ein Mann ein Baum zu Wald hauet, dem Weg so nahen, daß er uff den Weg fallen mag, schlecht der Baum em Menschen zu Tod, man soll ihm das Haubt abschlähen; schlecht er ein Vieh zu tod, er soll es gelten, als es werth was, und dem Richter wetten ein Gräfeli.

§ VI.

QUAMVIS enim lata culpa in Lege Cornelia de scariis, teste ipso PAULO, pro dolo non accipiatur, ac hujus culpæ gradus in aliis criminibus solummodo poenæ extraordinariae locum faciat, ceu exempla ex L. 3. §. 1. D. de Offic. Prefect. Vigil. & L. 11. D. de incend. ruin. naufrag. &c. suppeditari possunt; attamen supra recensitus casus doli speciem præse fert; Quod uti memoratu dignum est, ita etiam alias in Lege Cornelia de falsis, sine discrimine compositores signatoresque falsi testamenti, ob præsumptum ex re ipsa dolum, supplicio capitali interemtos fuisse, apposite monstrat BYNCKERSHOEK. Lib. III. Observ. Cap. XVIII. qui inde hoc modo infert, perperam apud Juris Inter-

B

pretes

pretes arg. L. 7. D. Ad Legi Cornel. de Sicar. invalidisse, Jure Civili non nisi ob dolum (in verbis Legum scilicet expressum, ut ea de re consuli potest SCHULTING. in not. ad Pauli sententias Lib. V. lit. XXV. § I. not. 4.) capitalem poenam irrogari.

§ VII.

QUO et suo modo referri possunt verba sequentia ex inclusiti Magistratus Norimbergensis Mandato de puerperio occulto sub d. 9. Octobris Ao. 1723. denuo emanato, extracta, ubi, non habito respectu purgationis in tortura oblatæ, et postposita inquisitæ relatione, quod infans jamjam in utero mortuus sit, nihilominus ejusmodi facinorosa, ob partum remotis arbitris et non adhibitis obstetricibus, clandestine editum, dum hoc culposum admissum dolî speciem præ se fert, ut infanticiida gladio feritur. Cujus tenor hic est: Allbeweilen aber bis anhero sich so viel geäussert, daß solche freche, und zumahlen starke Dirnen, ihrer Stärk und Kräften trauend, bey Vorgebung, daß das Kind in Mutter-Leib abgestanden, und tot gebohren worden seye, darauf beständig verharren und es auf die Marter und Tortur lieber ankommen lassen, als daß sie die Mordthat frey bekennen sollten: Als hat ein Hoch Edler und Hochweiser Rath, nach reifer der Sachen Überlegung, bey so überhäufsten Blutschulden, entschlossen, zumahlen auch an andern Orten dergleichen eingeführt und statuirt worden, verordnet und will, daß diejenige Weibs-Personen, so ihre unehliche Schwangerung verlaugnen und vertuschen, ihre Geburths-Zeit verheelen, auch allein, heimlich, fürsätzlich und geflüsstlich ohne Beyhülff, an End und Orten, wo solche leichtlich zu haben gewest, gebären, hernach aber, als ob ihre Leibes-Frucht totd zur Welt gebracht worden, vorgeben, und dadurch den Verdacht des unzweiflichen Kinder-Mords mutwillig auf sich laden; hingegen die Mittel, die Leibes-Frucht möglichst zuretten, vorzüglich aus der Acht lassen, und hierdurch die Kinder dergestalt verwahrlosen oder beschädigen, daß sie hernach davon sterben müssen, als Kinder-Mörderin angesehen,

und

und, ohnerachtet sie sich zur Purgation mit der Tortur anerbietig machen würden, denen sich hervorhuenden Umständen nach, es werde gleich das Kind also fort todt gefunden, oder sterbe erst hernach, aus sothaner ihrer Mutter vorsätzlicher Verwahlosung oder ungeschickte Beschädigung nichts destoweniger mit dem Schwerd vom Leben zum Todt gebracht werden sollen. ec.

S. VIII.

VISIS hisce restant ea crimina, quorum quædam brevibus adducenda sunt, perlustranda, in quibus dolus pro facto accipitur, ac Lex hac locum sibi vindicare, et olim potuerit, et nunc certo respectu potest, vel in quibus hodie ab ejusmodi rigore aliquo modo recessum est, sunt e. g. Majestatis, L. 5. Pr. C. ad Leg. Jul. Majestat. Parricidii, L. 1. in fin. D. ad Leg. Pompei. de parricid. Homicidii, L. 1. Pr. D. L. 7. C. ad Leg. Cornel. de Sicar. Veneficii, L. 1. L. 3. Pr. D. ad Leg. Cornel. de sicar. et venefic. et crimina similia, vid. *Respons. Lynckerian. Tom. I. Respons. C. XXVII. num. 9.* in quibus scilicet, Leges, certis criminum speciebus recensitis, singularem rigorem exprimunt, et conatum ipsum, in præfiguratione casuum contentum, punire jubent, ita ut hic, monente BYNCKERSHOEKIO Lib. III. Observ. Cap. X. non sit prudentiæ, species similes, in verbis Legum non expressas, punire, addita ratione: quoniam in primis argumenta voluntatis falli, et facile alio referri queant, idque idem jam pridem observante JULIO CLARO, dum in Pract. §. fin. Q. 29. n. 2. In his vero, ait, quæ atrocissima non sunt, nullo modo debet Judex pro folo conatu poenam mortis imponere, nisi id expresse Statuto vel Lege caveatur, et eo etiam casu, non, nisi deuentum fuerit ad actum proximum et immediatum ipsi maleficio.

S. IX.

UNDE nostrum erit, et hoc monere, ut si quæstio circa conatum in crimen quodam occurrat, observationes sequentes attendas, velim. Nam vel conatus per se certum crimen ali-

quando constituit, tunc iste conatus punitur ea poena, de qua intuitu criminum, in quæ incidit, quorumque nomen induit, in legibus statutum est. Vel conatus sæpius in separatam criminis speciem non incidit, sed consistit in crimine aliquo intentato, non autem perfecto, sive consummato, hoc in casu conatus, dum crimen, ne ad perfectionem perducatur, nequam virtute conantis, ac principio interno, sed quocunque alio obstaculo, ac principio exterño sufflaminabatur et impe diebatur, nunquam punitur poena ordinaria.

§. X.

VBI et istud tenendum est, si Lex aut Consuetudo, sive generalis sive specialis, poenam capitalem circa conatum definit, ibi Judex caveat, ne sit mitior jure ipsi præscripto, ubi autem non definita capitalis poena, ibi quoque sibi ab eadem Judex omnino temperet. Ideo ad æstimandum conatum, ejusque moralitatem indagandam, casus in verbis legum expressi in primis sunt ponderandi, si poena ordinaria in lege ipsa dictata locum habere debet, seu si conatus per se certum crimen constituit: si vero in separatam criminis speciem conatus non incidat, pro crimen intentato, non autem perfecto sive consummato reputetur, tunc, cum in legibus ipsis hujusmodi casus non exprimuntur, status conantis, delicti, quod intenditur, atrocitas, personæ lædendæ vel læsæ conditio, delicti terminus, seu quoique conans progressus fuerit, num ipsum delictum, quod pro fine habet, attigerit, ita, ut commissum in delicti illius nomen jam abeat, aut idem non attigerit, impeditus scilicet, ut jam dictum, vel interno, quo minus in actum consummationis deduci potuerit, principio, vel externo, cum a delinquente ipso, ante crimen penitus commissum, revelatio obtigerit, & similia, animo ponderanda sunt. Nam quamvis poenitentia, quæ principii interni naturam induit, consummata delicta in foro civili haud excusat, quippe illa non totam invitæ actionis essentiam absolvit, licet alias de ejus essentia sit, attamen non consummata, jure extenuat, imo plane remittit,

fi

si nempe solummodo quis narraverit, quod olim sibi in mente fuerit, delictum quoddam perpetrandi, animo vero jam in melius mutato, tale quid respuere. Quorsum spectat istud Catonis apud GELL. Lib. VII. Noct. Attic. Cap. III. Neminem, qui male facere voluit, plecti aequum esse, nisi quod factum voluit, etiam fecerit: facta sola censenda esse atque in judicium vocanda; voluntates nudas inanesque negligendas, neque poenis fieri obnoxias,

§. XI.

INDE conatus talis, qui actus voluntatis elicitus, immanens, mere internus, nec ordinaria delicti, in quod directus, poena, nec extraordinaria, in Civili Foro, jure afficiendus: Conatus vero actui exteriori, qui ad delinquendum tendit, junctus, tam ordinaria, quam extraordinaria poena, in Civili Foro, Legge sic statuente, plectendus est.

§. XII.

EX adductis ergo facile patet, hodienum ad veneficos, etiam hominis interficiendi causa venenum conficiendi causa venenum confidentes aut propinantes, vendentes vel habentes, qua de re agitur in L. I. §. 1. et L. 3. Pr. D. ad Leg. Cornel. de fiscar. venefic. hanc L. 7. D. ad Leg. Cornel. de fiscar. &c. non pertinere, desideratur enim et nostris moribus, si poena rotæ ordinaria ex Art. CXXX. Constit. Crim. Carol. dictanda sit, ut quis dolo malo veneno aliquem interemerit, nam ex sententia ANTONII MATTHÆI de Criminib. ad Lib. 48. tit. 5. cap. 5. §. 3. veneni præbitio, si scil. læso e veneno a conante necem intendere perpetua valetudo adversa, Dn. KRESSIO ad dict. Art. CXXX. §. 4. in not. interprete, supervenit, poenam capitalem secum trahere potest, cum hic non tam crimen veneficii attentatum, quam penitus consummatum sit.

§. XIII.

NEC aliter, et plane a dispositione Legis I. Pr. D. ad Leg. Cornel. de fiscar. &c. alienum est, quod de homicidii crimen, observantia ipsa loquente, prædicatur, in applicatione hujus substræ

tae Legis sentiendum esse, in aprico est; requiritur enim nunc, si ex Art. CXXXVII. Cons. Crim. poena gladii locum habere debet, non solummodo necandi gratia teli gestio, sed cædis consummatio, seu consultum et deliberatum, ac dolo malo factum homicidium, MATTHÆI ad cit. Lib. 48. tit. 5. cap. 3. §. 10. seqq. alias facinorosus, attentato hujusmodi homicidio extra ordinem puniendus. THEODORICUS Judic. Criminal. Pract. Cap. VII. Lit. F. p. 1034.

§. XIV.

IMO et in crimine assassinii, poenam ordinariam rotæ, ex dict. Art. CXXXVII. C. C. involvente, perpetratio necis attenditur, conatus vero in hoc crimen cædi proximus, gladio punitur. CARPZOV. Criminal. Part. I. Quæst. XIX. num. 58. seqq. Primo enim requiritur, inquit: ut in hoc crimen ad actum proximum deveniatur; Secundo ut non per assassinum stet, quin consummaretur delictum: Et tertio, ut occidendum fortuito casu evadat. Conf. MATTHÆI de Criminib. ad dict. Lib. 48. tit. 5. cap. 1. §. 3.

§. XV.

SIMILI modo in crimen parricidii, in quod ex Art. CXXXVII. C. C. ordinarie rotæ poena, forcipum carentium applicatione, aut alligatione in traham precedente, dictatur, circa conatum observandum est, num delinquens in attentato suscepit ad actum proximum vel remotum pervenerit, ut harum circumstantiarum intuitu, in hoc, extra ordinem, et ad summum fuligione cum perpetua relegatione puniatur, in illo vero casu, ultimum, capit is nempe supplicium dictare possit, CARPZOVIO Part. I. Q. 17. n. 21. seqq. attestante, & quamvis MATTHÆI ad Lib. 48. tit. 6. cap. 1. §. 7. nec hanc distinctionem agnoscat, ultra tamen gladii poenam, conatum, distinctionis hujus, haud sine fundamento a CARPZOVIO allatae, intuitu, in hoc crimen nolle extendere.

§. XVI.

MAIESTATIS criminis rei, in quos singularia constituta sunt, si istorum conatus ad aliquem actum externum, unde manifesta-

festatur, est progressus, item, licet effectus non sequatur, poena capitali afficiuntur, Arcadio et Honorio Imp. *in L. 5. C. ad Leg. Jul. Majest. et Carolo IV. Cæsare in Aurea Bulla Cap. XXIV.* id statuerintibus, quod vero, quomodo contingat, *idem MATTHÆI ad Lib. 48. Tit. 2. cap. 3. §. 4.* declarat: Veluti, si quis venenum paraverit, tametsi non porrexit principi: Vel: si quis sceleræ factio sacramentum dederit, aut alias sacramenta adigere curaverit. Item si quis sceleræ oratione aliis hostilia persuadere conatus fuerit, etiam si non persuaserit. Si vero jaſtaverit duntaxat, se aliquid moliri velle in necem principis, tunc id integris omnibus ad principem referendum, ut ex causa et persona hac de re statuat, ne perduellis esse videatur, qui convicator. *L. un. C. Si quis Imp. maledix.* Quamvis, ut hoc obiter moneamus, nolim credas, per dictam Legem unic. C. omnem in maledictos poenam fuisse sublatam, sed sensus *hujus Theodosiana Legis* hic est, quod etiam jampridem MARQUARDUS FREHERUS *in suis Parerg Lib. 1. c. 9.* detexit: ad Imperatoris scientiam integris omnibus referendum esse, quo vel de venia vel poena pensitare ipsem est queat; nec hujusmodi maledicti festinato interea suppicio consumantur, sed ad Imperatoris solum, si res exigat, deducantur universa. Verum ea de re plura vide sis *Diss. Dn. HULSII, Consiliar. circ. Remp. Norimb. meritissimi sub Praesidio B. Nic. Hier. GUNDLINGII Hal.* habit, cui Tit. est: *Singularia ad Leg. Jul. Majestatis itemque de silentio in hoc crimine. Cap. I. §. 33. -- 36. et §. 79. -- 82.*

§. XVII.

CUM itaque jamjam plura de conatu, voluntate, intentione ac proposito delinquendi differuimus unicum, hoc addi non displicet, ex quo simul, verba *in L. 5. Pr. C. ad Leg. Jul. Majest.* ab Imp. adducta, lucem accendent: *Eadem severitate voluntatem sceleris, quam effectum puniri jura voluerunt;* et si ipsem est Imp. post biennium mentem suam *in L. 22. C. de Poen.* quadantenus restrinxerunt, *MATTHÆI ad Lib. 48. T. 2. c. 3. §. 11.* quod tam hic locus, quam cætera supra allegata loca, non de cogitatione-

tationibus secretis et propositis solo animo conceptis, cogitationis nudæ terminos haud egredientibus, sed de actu aliquo adsumto vel supposito, ut verbis utar HÜBERI in *Praelect.* ad *Digest.* Lib. 47. T. I. §. 2. cum nempe, quod animi tibi est, alteri revelaveris, tum in eadem perfiteris sententia, accipiens est; nam Leges scire, non est verba ipsarum tenere, sed vim et potestatem, L. 17. D. de *LL.* Conf. GERHARD. NOODT Lib. IV. *Probabil.* Cap. VII. §. 4. circ. med. et licet regulariter cogitationes poenam nemo patiatur, per L. 18. D. de *Poen.* c. 14. et c. 20. de *Poenitent.* D. 1. attamen ista Lex potissimum ad *Edictum*, quo poena statuitur in eum, qui adversus alterum quid statuerit vel obtinuerit, ac non æque ad omnia delicta spectat. SCHULTING. in *Euarrat.* Part. *Prime Digest.* Lib. II. Tit. II. §. III. Ad hoc accedit, quod iste animi motus non simplex cogitatio, sed conatus ac nifus, seu voluntas ex *deliberatione decreta* ab ultimo consummationis actu non procul remota sit, qui in levioribus criminibus negligitur, in atrocioribus vero non meretur veniam. *Cit.* NOODT. in *Comment.* ad *Digest.* Lib. II. Tit. II. §. 5.

§. XVIII.

HIS puto me satisfecisse L. 7. D. ad *Leg. Cornel.* de *sicut.* et *venefic.* et quæ ejusdem occasione per modum Dissertationis monere constitui, in quam Legem communiter Pragmatici impingunt, dum pro regula *Juris* istam Legem venditant, et fere ad omnia crimina, sed absque fundamento, illum Pauli locum adducunt, cum tamen nostris temporibus in paucis admodum criminibus *dolus pro facto*, seu animus delictum committendi, pro ipso effectu, vel delicto commisso, puniatur, prudentioribus ac in *Jure versatoriis* elegantiores circa hanc materiam cogitationes relinquens, hoc unico adjecto, quod etiam mihi non in mentem venerit, ingens opus ea de re scribere, sed tantum brevissimis Legis hujus enumerationem adumbrare.

Erlangen, Diss., 1743-50

ULB Halle
003 552 225




3

f

sb,

1018



18 1743, 3a 3

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
**DOLO PRO FACTO
PUNITO,**
OCCASIONE
L. 7. D. ad Leg. Cornel. de Sicar. et Venefic.
QUAM
PRAESIDE
D. ANDREA ELIA ROSSMANNO,
SERENISSIMI MARCHIONIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO
AULICO, PROFESSORE JURIS ET PHILOSOPHIAE ORDINARIO
AUCTORITATE ET DECRETO AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS
IN INCLITA UNIVERSITATE FRIDERICIANA ERLANGENSI
CONSuetis EXAMINIBUS EXANTLATIS
PRO LICENTIA
SUPREMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDI
Publice et solenni Eruditorum disquisitioni submittit
AUCTOR RESPONDENS
CAROLUS BENEDICTUS MÜLLER,
NORIMBERGENSIS.
D. II. NOVEMBR. ANNO MDCCXLII.

ERLANGAE, Litteris Joannis Friderici Beckeri, Universit. Typogr.

KONTRETT
UNIVERS.
ZVKALIE